

**MASS PROPER: AUGUST 3, FINDING OF THE BODY OF
ST. STEPHEN, MARTYR**

INTROIT Psalms 118: 23, 86

Sedérunt príncipes, et advérsus me loquebántur: et iníqui persecúti sunt me: ádjuva me, Dómine, Deus meus, quia servus tuus exercebátur in tuis justificatió nibus. (Ps 118: 1) Beati immaculáti in via, qui ámbulant in lege Dómini V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Sedérunt príncipes, et advérsus me loquebántur: et iníqui persecúti sunt me: ádjuva me, Dómine, Deus meus, quia servus tuus exercebátur in tuis justificatió nibus.

COLLECT

Da nobis, quæsumus, Dómine, imitári quod cólimus: ut discámus et inimícos dilígere; quia ejus Inventi ónem celebrámus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Acts 6: 8-10; 7: 54-59

In diébus illis: Stéphanus plenus grátia et fortitú dine, faciébat prodígia et signa magna in pópulo. Surrexérunt autem quidam de synagóga, quæ appellátur Libertinórum, et Cyrenénsium, et Alexandrinórum, et eórum, qui erant a Cilícia, et Asia, disputántes cum Stéphano: et non póterant resístere sapiéntiæ et Spíritui, qui loquebátur. Audiéntes autem hæc, dissecabántur córdibus suis, et stridébant déntibus in eum. Cum autem esset Stéphanus plenus Spíritui Sancto, inténdens in cælum,

Princes sat, and spoke against me; and the wicked persecuted me: help me, O Lord, my God, for Thy servant was employed in Thy justifications. (Ps. 118: 1) Blessed are the undefiled in the way: who walk in the law of the Lord. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Princes sat, and spoke against me; and the wicked persecuted me: help me, O Lord, my God, for Thy servant was employed in Thy justifications.

Grant us, we beseech Thee, O Lord, to imitate what we venerate, that we may learn to love even our enemies; for we celebrate the finding of him who knew how to pray even for his persecutors to our Lord Jesus Christ, Thy Son: Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days: Stephen, full of grace and fortitude, did great wonders and signs among the people. Now there arose some of that which is called the synagogue of the Libertines and of the Cyrenians and of the Alexandrians and of them that were of Cilicia and Asia, disputing with Stephen: and they were not able to resist the wisdom and the spirit that spoke. Now, hearing these things, they were cut to the heart, and they gnashed with their teeth at him. But Stephen being full of the Holy Spirit, looking up steadfastly

vidit glóriam Dei, et Jesum stantem a dextris Dei. Et ait: Ecce, vídeo cælos apértos, et Fílium hóminis stantem a dextris Dei. Exclamántes autem voce magna continuérunt aures suas, et ímpetum fecérunt unánimiter in eum. Et ejiciéntes eum extra civitátem, lapidábant: et testes deposuérunt vestiménta sua secus pedes adolescéntis, qui vocabátur Saulus. Et lapidábant Stéphanum invocántem et dicéntem: Dómine Jesu, súscipe spíritum meum. Pósisit autem génibus, clamávit voce magna, dicens: Dómine, ne státuas illis hoc peccátum. Et cum hoc dixísset, obdormívit in Dómino.

GRADUAL Psalms 118: 23, 86

Sedérunt príncipes, et advérsus me loquebántur: et iníqui persecúti sunt me. (Ps 6: 5) Adjuva me, Dómine, Deus meus: salvum me fac propter misericórdiam tuam. Allelúja, allelúja, (Act 7: 56.) Vídeo cælos apértos, et Jesum stantem a dextris virtútis Dei. Allelúja.

GOSPEL Matthew 23: 34-39

In illo témpore: Dicébat Jesus scribis et pharisæis: Ecce, ego mitto ad vos prophétas, et sapiéntes, et scribas, et ex illis occidétis et crucifigétis, et ex eis flagellábitis in synagógis vestris, et persecuémini de civitátem: ut véniat super vos omnis sanguis justus, qui effúsus est super terram, a ságuine Abel justí usque ad ságuinem Zacharíæ, filii Barachíæ, quem occidístis inter templum et altáre. Amen dico vobis, vénient hæc ómnia super generatióem istam. Jerúsalem, Jerúsalem, quæ occidís prophétas, et lápidas eos, qui ad te missi sunt, quóties vólui congregáre filios tuos, quemádmódu[m] gallína

to heaven, saw the glory of God and Jesus standing on the right hand of God. And he said: Behold, I see the heavens opened, and the Son of man standing on the right hand of God. And they, crying out with a loud voice, stopped their ears and with one accord ran violently upon him. And casting him forth without the city, they stoned him and the witnesses laid down their garments at the feet of a young man, whose name was Saul. And they stoned Stephen, invoking and saying: Lord Jesus, receive my spirit. And falling on his knees, he cried with a loud voice, saying: Lord, lay not his sin to their charge. And when he had said this, he fell asleep in the Lord.

Princes sat, and spoke against me: and the wicked persecuted me. (Ps 6: 5) Help me, O Lord my God: save me for Thy mercy's sake. Alleluia, alleluia. (Acts 7: 56) I see the Heavens opened, and Jesus standing on the right hand of the power of God. Alleluia.

At that time Jesus said to the scribes and pharisees: Behold I send to you prophets and wise men and scribes, and some of them you will put to death and crucify, and some you will scourge in your synagogues, and persecute from city to city: that upon you may come all the just blood that hath been shed upon the earth, from the blood of Abel the just even unto the blood of Zacharias the son of Barachias, whom you killed between the temple and the altar. Amen I say to you, all these things shall come upon this generation. Jerusalem, Jerusalem, thou that killest the prophets, and stonest them that are sent unto thee,

cóngregat pullos suos sub alas, et nolúisti? Ecce, relinquétur vobis domus vestra desérta. Dico enim vobis, non me vidébitis ámodo, donec dicátis: Benedíctus, qui venit in nómine Dómini.

OFFERTORY Acts 6: 5; 7: 59

Elegérunt Apóstoli Stéphanum Levítam, plenum fide et Spíritu Sancto: quem lapidavérunt Judæi orántem, et dicéntem: Dómine Jesu, áccipe spíritum meum, allelúia.

SECRET

Súscipe, Dómine, múnera pro tuórum commemoratióne Sanctórum: ut, sicut illos pássio gloriósos effécit; ita nos devotío reddat innócuos.. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Acts 7: 55, 58, 59

Vídeo cælos apértos, et Jesum stantem a dextris virtútis Dei: Dómine Jesu, áccipe spíritum meum, et ne státuas illis hoc peccátum.

POSTCOMMUNION

Auxiliéntur nobis, Dómine, sumpta mystéria: et, intercedénte beáto Stéphano Mártire tuo, sempitérna protectióne confirmet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

how often would I have gathered together thy children, as the hen doth gather her chickens under her wings, and thou wouldst not? Behold your house shall be left to you desolate. For I say to you, you shall not see me henceforth, till you say: Blessed is He that cometh in the name of the Lord.

The Apostles chose Stephen to be a Levite, a man full of faith and of the Holy Spirit: whom the Jews stoned, invoking and saying: Lord Jesus, receive my spirit, alleluia.

Receive, O Lord, our gifts, in commemoration of Thy Saints: that as suffering made them glorious, so our devotion may render us innocent. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

I see the Heavens opened, and Jesus standing on the right hand of the power of God: Lord Jesus, receive my spirit, and lay not this sin to their charge.

May the mysteries we have received, O Lord, help us, and through the intercession of blessed Stephen, Thy Martyr, establish us by Thine everlasting protection. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.